


Botan.  
838

*S*



*Bot. ~~280540~~*

JOH. GODOFR. BÜCHNERI  
CONSILIAR. RUTHENO-PLAV. &c.  
DISSERTATIONES EPISTOLICAE  
DE  
**MEMORABILIBVS**  
**VOIGTLANDIAE**  
EX  
**REGNO VEGETABILI**



AD  
VIRVM EXCELLENTISSIMVM,  
CONSULTISSIMVM

ATQVE  
DOCTISSIMVM DOMINVM,  
DOMINVM

**FRANCISC. ERNEST.**  
**BRÜCKMANNVM,**

PHIL. ET MED. DOCTOR.

ACAD. CAESAR. LEOPOLD. CAROL. NAT. CVR. ET  
SOC. REGIAE SCIENT. PRVSS. MEMB.  
NEC NON POLIATRVM  
WOLFFENBVT.

Schmidt Bibl. Phys. Cap. 12. p. 325.

Darum müssen auch die Bäume ihren Schöpfer loben, und zwar besonders seine Weisheit, daß er so vielerley und unzählige Arten oder Sorten der Bäume hervorgebracht, welche noch dazu in verschiedenen Ländern ihr Geschlecht so gar vielmahl verändern; zu geschweigen was für sonderbare Wunderbäume in gewissen Ländern angetroffen werden.

# EPIST. I.

DE ARBORE QVADAM IN VOIGTLANDIA,  
UNA NOCTE ET VIRENTE ET FLO-  
RENTE, SIMULQUE FRUCTUS  
TEMPORE HYEMALI PRO-  
FERENTE.

---

---

*VIR EXCELLENTISSIME ATQVE DOCTISSIME,  
FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME!*

**C**elebre in Voigtlandia non procul ab urbe Weida quondam extitit cœnobium, ab adjacente vico Cronschwiz nomen suum habens, ac per nobilem & illustrem Dominam Juttam, Henrici, Advocati & Domini in Gera, Conjugem, jamjam A. 1239. fundatum, multisque deinde atque eximiis successu temporis donationibus ditatum, de quibus in Erlaut. Voigtl. P. III. p. 233. uberius traditur notitia.

Hæc vero bona, cum, teste *Monacho Pirnensi ap. Mencken. Scriptor. rer. German.* tempore Reformationis, quæ A. 1526. ibidem insecta est, ad seculares converterentur usus, plurima quidem ædificia relicta sunt vacua, muri que, collapsis tectis, diu steterunt nudi, nisi, quod in

uno eorum arbor quædam excreverit, mirandæ utique qualitatis, ceu mihi a testibus sæpe relatum est ocularibus.

Non enim fide Chronici cujusdam Schlei- zensis, nec etiam autoritate *Berckenmeyeri* solum eram contentus, ubi sequentia imprimis hac de re annotata inveni: Eine Meile von der Stadt Gera im Voigtlande ist ein Dorf, welches wegen eines Baums, so in der Christ-Nacht Aepfel trägt, wohl bekant ist. Vid. *curieuse Antiquarius* p. 306. sed monasterium istud, vel potius ruinas ejus, ipse adii, remque ita utique olim sese habuisse, certo comperi. Scilicet præmemoratum istam arborem paucis abhinc annis ibidem adhuc fuisse visam, singulisque annis circa festum nati- vitatis Christi nocte una & viruisse & floruisse, po- maque etiam tulisse.

Ne vero credas, *Vir doctissime!* fabulam me narrare, resque præferre omnem superantes fidem, perpendere mecum velis, rogo, dari omnino cer- tum genus ejusmodi arborum, aliisque in locis id non plane esse incognitum. Tradit enim *Zeile- rus in Itinerario*, in Comitatu Catimelibocensi, malum reperiri, nocte Christi natali, juxta stylum veterem, sponte florentem ac simul etiam poma  
pro-

proferentem, magnitudine fabam æquantia, ea-  
que propter curiositatis gratia isto tempore per-  
multos ibi convenire homines, quo nimirum mi-  
raculum istud naturæ suis intueantur oculis, hac-  
que in re ad testes provocat coocvos, Baronem sci-  
licet quendam, ut & Consiliarios nonnullos Mo-  
guntinos & Darmstadios, aliosque Nobiles idem  
affirmantes. Conf. etiam *Saur in parvo theatro ur-  
bium, & Freher. P. II. Orig. cap. 5.*

Non procul ab oppidulo Græfenberg, quod Ju-  
risdictionis est Norimbergensis, ut & in suburbio,  
ejusmodi quoque inveniri arbores, eodem florentes  
tempore, simulque poma producentes minora, cera-  
forum instar, testatur *Camerarius in hor. subcesivis.*

Nec minus idem pariter accidit, in pago Al-  
tenstadt, prope Byruthum, ut & in vico Anspacen-  
si Schoenberg, 2. milliaribus Norimberga distan-  
te. Vid. *Seyfried Medulla Mirabil. Nat. p. 656.*  
Ast referunt nonnulli, arborem istam, quod no-  
stræ etiam fuit fatum, fractis nimirum tot ab ea  
ramis, alibique, licet frustra, transplantatis, tan-  
dem prorsus exsiccatam fuisse, quamvis id no-  
strates paulo obscurius hisce enuncient verbis: *Sie  
hätten den Baum immer geschabernacket. Sed  
quid multis hac in re mihi opus est verbis,*

siquidem citatus modo *Seyfriedus* testis adhuc mihi restat non fallax ac credulus, qui de Ducatu Sultzbacensi idem quoque testatur *l. c. in p̄fat.* ubi sequentia leguntur: Also auch sind wenig Meilen von hier einige wilde Aepfelbäume, die zwar wie andere Umherstehende jährlich ihre Früchte bringen, in der Christ-Nacht aber blühen, und kleine, doch aber vollkommene Aepfel tragen. Idem simul etiam affirmat, *J. S. Rudolphum* peculiare de hisce pomis evulgasse scriptum, quod autem videre mihi non dum contigit. Conf. adhuc *Dn. de Carlowitz Sylvicult. æcon. P. II. cap. 11.*

Tandem coronidis loco hic quoque addere libet, quæ in Baronis *Valvasor* Ehre des Herzogthums Crayn *lib. 1. cap. 26. p. 579.* de ejusdem indolis quadam referuntur arbore, his verbis: Eine teutsche Meile von Triest trift man einen sehr wunderlich gearteten Nußbaum an. Denn derselbe wird bis Johannis-Abend gleichsam ganz durre, indem seine bezweigte Collegen und Assistenten, die andern Nußbäume nemlich, so mit ihm auf einem Boden, und an einem Ort um und um, nur etliche Schritte von einander stehen, nicht allein längst allbereits ihr Laub, sondern auch schon Frucht tragen; aber gleich in dieser einigen Nacht begrünnet sich dieser bishero  
fab-



fahle Baum, und gewinnet zugleich Frucht in gleicher Grösse, als wie die andern Bäume zuvor auch gehabt. Ubi & hæc omnia non tantum ex relatione Domini Joh. Herwarti, Comitis de Latzenstein, sed & sui ipsius inspectione confirmantur oculari, ut ita de hujus certitudine nullo modo dubitari queat. Ex literis autem *Thomæ Gale*, Societatis Regiæ Anglicanæ Secretarii, sequentia sub finem demum annectit: „ Dantur etiam in Anglia, si non „ æquali, saltem simili prodigio arbores, folia ac flores suos media hyeme quotannis emittentes, quarum altera quercus est agri Hamptoniensis, altera spina alba ad Glastonburg in agro Sommersetensi. Habetur & Yucca, vel Aloe arborescens dicta, quæ, cum alias tarde crescat, ex improvise quasi saltu facto intra diei spatium ingens germen offert ad plurimum pedum altitudinem, idque semel tantum durante arbore. „

Quis vero hæcce perpendens animo secum non cogitaverit: Heu! quantum est quod nescimus! Miremur igitur tam varias ac varie operandi Naturæ vires, quas sane cum omnes explicare quidem non valemus, attente tamen considerare utique decet. Deus enim, qui in luce habitat impenetrabili, per eas peculiariter se nobis manifestat, ut scilicet,  
dum

dum rarum quoddam ac inexplicabile in arboribus etiam animadvertimus, potentiam ac sapientiam stupendam omnipotentis Creatoris inde cognoscamus.

O! wunderbar Gewebe der Natur,  
 Wer dich mit menschlichem Gemüth,  
 Und nicht mit viehschen Augen sieht,  
 Der kan die Allmachts-volle Spur  
 Von einem ewgen Wunder-Wesen,  
 Auf deinen Blättern deutlich lesen.

Demnach sey dir, mein Herz, forthin jedwede Blüte  
 Ein kleines Lehrreich Buch von Gottes Macht  
 und Güte.

Vid. Dn. Brockes irrđ. Vergn. P. II. p. 31.

Cæterum ex consideratione ejusmodi arborum  
 Dn. Valvasor l. c. non inconcinne hancce sibi pariter formavit doctrinam: Solche Bäume dienen denen, welche zur Tugend ziemlich spät treten, zu einem natürlichen Lehrbilde, und weisen ihnen, wie sie das bisher Verabsäumte mit desto grösseren Ernst und Hurtigkeit nachher ersetzen müssen. Reliquum vale,  
*Vir Præstantissime, meque porro ama.*

Scribebam Greitz,  
 d. 6. Jun. 1743.

Tibi deditissimum,  
 I. G. B.

EPIST. II.  
DE  
ARBORIBVS

ATQVE  
PLANTIS INSVETO ANNI TEMPO-  
RE FLORENTIBVS PESTEM  
MINIME PRÆSAGIENTIBVS.

Tscherning.

Ja freylich fällt ein Mensch gar leicht in  
Aberglauben,  
Wer Sachen nicht versteht. Da zeigt sein  
falscher Wahn  
Das, was natürlich ist, für lauter Wun-  
der an:  
Zumahl, wer furchtsam ist.

VIR EXCELLENTISSIME ATQVE  
DOCTISSIME,  
FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME.

**V**olumini Tertio Actorum Physico-Medico-  
rum Academiae Naturae-Curiosorum Dn.  
Dr. Limprechtus nuper p. 193. peculiare  
quoddam inseruit exemplum, vulgarem rustico-  
rum, in Saxonia præcipue inferiore, opinionem  
verosimiliter confirmans, quasi arbores nempe  
autumnali ac hyemali tempore flores protrudentes,  
pestis insecuturæ essent signa, idque a pyro desum-  
sit sylvestri Ao. 1708. circa festum Michaëlis novos  
producente flores, quo facto simul Ao. 1710. pe-  
stem Prenzlaviæ sævire cœpisse idem quoque me-  
morat, quemadmodum & Rosas pariter proliferas  
pestis itidem ex vulgi opinione esse prognosticon re-  
fertur in *Annalibus Physico-Med. Wratislav. Ao.*  
*1719. Mens. Jun. Class. IV. Artic. 6. p. 718.*

Fateor omnino sub horum perlectione non  
levi perfusum me fuisse ad miratione, ulteriusque in  
veritatem hujus prognostici inquirere haud imme-  
rito statuisse. Quare Annales statim evolvi rerum  
in Voigtlandia quondam gestarum, ibique non  
sine voluptate, ex veritate hujus asserti, ut puta-  
bam, resultante, aliquod pariter inveni exemplum  
observationem hanc non minus roborans. Ita enim

*Zopfius in Chronico scribit Geraviensi ad An. 1624:*  
 In diesem Jahre ist so ein warmer Herbst und Winter  
 gewesen, daß an etlichen Dörtern die Pflaumenbäu-  
 me und Rosenstöcke geblühet. Et paulo post ad An.  
 1626. hæcce habet: Die Stadt Gera ist wegen der  
 Pest in solche Gefahr gerathen, daß auch etliche  
 Dorffschaften sich gescheuet, ihre Leichen auf dem  
 Stadt = Gottes = Acker nach Gewohnheit zu legen,  
 quod tatum urbi Schleiz tunc temporis quoque ac-  
 cidit. Vid. *MST.* von der Stadt Schleiz.

Atque hic suspensus sane diu hærebam, ani-  
 moque nunc huc nunc illuc fluctuabam, nescius,  
 quæ mentem victura tandem sit sententia. Primo  
 enim in memoriam revocabam, imperitum qui-  
 dem vulgum observationes sæpius instituere, cum-  
 que istæ nonnunquam eodem sese habeant modo,  
 statim inde formare regulam, quanquam sufficien-  
 tibus ex inductione inde concludendi non sit instru-  
 ctusexemplis. Hinc etiam incerta plerumque sunt  
 omnia, dum imaginaria tantum nituntur experien-  
 tia, causæque cum effectu nulla datur connexio.  
 Id enim, quod semel accidit, necessario non semper  
 accidit, nisi causa quadam ad id impellatur operati-  
 va, quæ vero hic plane cessat.

Secundo etiam cogitabam, quasdam ejusmo-  
 di observationes ad minimum certiores esse iis, quæ  
 ex

ex regulis petuntur astrologicis, siquidem cum naturalibus causis istæ nonnunquam connexionem habent, quales autem hic iterum videre & invenire non poteram.

Ad ulteriorem igitur postea confugiebam experientiam, utpote testem hac in re omni exceptione majorem, quam mihi pariter modo citatus suppeditavit *Zopfius P. 11. l. c. p. 35. de A. 1558.* referens: Im Herbst dieses Jahrs fingen etliche Bäume wieder an zu blühen, daß man auch in den Gärten hübsche Blümlein, und um Michaelis frische Erdbeere, auch im Wein-Monath schöne Rosen fand. Et paulo post subjungit de A. 1619: In diesem Jahre blüheten die weissen und rothen Rosen zweymahl, als erstlich um Pfingsten, und hernach zum andernmahl zwischen Michaelis und Martini. Vid. etiam *Spangenberg Chron. Saxon. ad An. 1557.* it. *Wideman Chron. Cur.* Idem quoque de rosis refert *Dr. Alischer ex Silesia de A. 1721.* pariterque *Sinapius unacum Dr. Reimanno.* Et *Engelhardus Gubrius* hoc simul affirmat ex Hungaria de cerasis, eodem anno. Vid. *Annal. Medico-Phys. Wratislav. A. 1721. Mens. Septembr. p. 296.*

Imo dum hæcce adhuc scribo, in oculos mihi forte fortuna incidunt rosæ, in horto vicino mense Septembri lætissime altera vice florentes. Ast carent priora hæc exempla, Deo sit gratias, effectu su-

perius allegato; siquidem pestem paucos post annos in hisce regionibus esse insecutam, nusquam inveni. E contrario variis quoque temporibus, Annis scilicet 1316. 1482. 1575. 1591. 1597. 1607. 1610. 1626. 1627. 1630. 1632. 1636. 1637. 1640. &c. permulta in Voigtlandia loca peste fuisse vexata, ex iisdem pariter perspexi Annalibus, licet flores ejusmodi nullo infueto anni præextiterint tempore.

Ut ergo tandem dicam, quod res est, sæpius observavi, flores hujus generis imprimis frequentius nasci, autumno existente mitiori, ac depidiori, & quando aër, plus solito, ultimis anni mensibus, humiditate aliquali interdum permixta, serenusest, jucundaque cœli fruimur clementia, tunc enim plantæ, præsertim vegetiores, novas recuperant vires, novum ex terræ gremio attrahunt succum, novosque producunt flores, uti tempore fieri quoque solet verno, quæ omnia autem pestis insecuturæ nexum minime præbent causalem.

Hinc mirum utique non est, idem in aliis etiam locis sine dubio sæpius fuisse factum. Conf. *Ephem. N. C. Decur. I. A. VI. & VII. p. 347.* quo in loco & icon additur, it. *Cent. III. & IV. Obs. CLV. p. 351. & Hermannii Maslographia p. 243.* ubi plures adhuc fructus recensentur florentes. Ex literis pariter *D. D. Fritschii Vinaria d. 20. Jun.* scriptis refer-



fertur in *Commerc. liter. Norimb. Ao. 1734. p. 257:*  
 „ Hoc mense nobis in prægrandi pyro fylvestri co-  
 „ piose licuit observare fructus florentes. Vulgus mi-  
 „ racula & varia inde deducit prognostica, quum ta-  
 „ men abundans humiditas principalis causa hujus  
 „ phænomeni merito dicatur. Et p. 273. *D. D. Trew*  
 „ sequentia porro communicavit: Nuper mentio-  
 „ nem feci pruni, insolito hujus anni tempore flo-  
 „ rentis: accepi interea temporis ab amico ramos a-  
 „ liquot mali sativæ poma ferentis sanguinea ma-  
 „ jora, vulgo Trabiner, Flor. Altdorf. nunc demum &  
 „ florigeros & fructiferos simul factos, quos etiam  
 „ ob spectaculi raritatem, d. 18. Aug. in conventu no-  
 „ stræ Societatis ordinario omnibus præsentibus  
 „ commonstravi. Afferebantur autem hi rami ex  
 „ pago vicino Grossreit, atque monstrabant præter  
 „ ramulos pomis solitæ, quam nunc temporis ac-  
 „ quirunt, magnitudinis mustos, alios complures  
 „ eodem prorsus modo, ac ipso tempore verno vi-  
 „ dentur, & quidem copiosissime florentes. An fru-  
 „ ctus, & quales ipsis succedant, expectandum erit.  
 „ Ceterum notandum, hanc ipsam arborem ante hos  
 „ quadraginta annos, pari modo sua fertilitate luxu-  
 „ riasse; reliquas vero in eodem arboreto usque ad-  
 „ huc nil insoliti protulisse. „

Patet itaque ex dictis, allatam superius rustico-  
 rum

rum regulam, quemadmodum totam horum Physicam generatim, certo nullatenus niti fundamento, multasque adhuc admittere exceptiones, imprimis cum nostro in casu res ipsa naturæ excedere videatur vires, Deumque ejusmodi mutis ad ministerium suum usurum esse concionatoribus, haud sit præsumendum. *Magnus* itaque vere, ut *Ludovicus Vivès* in *Introduct. ad sapient. p. 3.* sapienter scribit, *erroris magister populus*, cujus genius ac indoles plerumque eo tendit, ut de rebus inconsuetis perquam facile tam justo majorem concipiat admirationem, quam etiam præcipitanter nimis sibi formet prognostica; hinc enim tot ex simplicitate atque superstitione oriuntur prædictiones incertæ, insulsæ, falsæ, quæque exinde interdum non leve accipiunt pondus, quando ex accidenti expectationi eventus interdum respondet, licet prudentiores haud difficulter perspiciant, emergens quoddam, malum quoddam quidem antecessisse, minime tamen destinato id præsignificasse, utpote cujus permultæ aliæ dari possunt causæ externæ.

Und wer kan jeden Weg, wodurch der falsche Wahn  
Die tummen Sterblichen zur Knechtschaft leiten kan,  
Und alles Marter-Zeug, so wir uns selber wählen,  
Zum Vorwurf der Natur so bald zusammen zählen!

Epig.

Scribam Greizæ ex Museo, Anno 1743.

I. G. B.



EPIST. III.

DE

ARBORE QVADAM, QVAVIS ÆSTATE  
BINIS VICIBVS ET FLORES AC  
FRVCTVS CONTINVO AC  
SEMPER PROTRVDENTE,

*Dn. Brockes ird. Vergnüg. P. IV.*

Es giebet Bäum', auf deren Rinden  
Wir zweymahl Frucht' in einem Jahr,  
Mit billigem Erstaunen finden.  
Wann noch auf andern gar  
Sich Jahr, und Jahres-Zeiten binden;  
Da wir auf ihuen sonder Zahl,  
Nicht reif' und reife Frucht' und Blumen,  
Woran zugleich sich Zung und Nas' und Aug' erquicken,  
Mit einer ganz von Lust durchdrungenen Seel erblicken,  
Indem wir ja darin von unsers Schöpfers Macht  
Die unumschränckte Freyheit sehen,  
Daß, da er der Natur Gesetz verändern kan,  
Er ihr Beherrscher sey, und, daß von allen Sachen,  
Er alles, was er will, zu aller Zeit kan machen.

*VIR EXCELLENTISSIME*  
*ATQVE*  
*DOCTISSIME,*  
*FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME!*

**E**x literis Dn. Schillingii, Pastoris in Göschiz, prope urbem Schleiz in Voigtlandia, e lingua vernacula in latinam huc translatis sequentia nuper accepi: Annos ante circiter octo Pastor quidam vicinus arborem dono mihi dedit pyriferam, quæ per sex annorum intervallum in horto meo otiosa plane existens, copiosos demum edidit non solum flores, sed & fructus. Ast hoc mirum utique videri debet, quod, cum arbor ista, ut quotannis fieri assolet, novos pro fructibus anno insequenti ferendis, formare cœperit ramos, eadem statim æstate denuo flores inceperit, novosque successu temporis, præter priores jamjam adultos monstraverit fructus, ut ita aliqui prope diem Bartholomæi, alteri vero in fine mensis Octobris ad maturitatem tandem pervenerint, quem modum nunc per trium annorum constanter etiam ita servavit spatium, nisi, quod præterita æstate posteriores ob frigus accedens perierint flores, in quorum deinde locum novi, iique tertii, una cum fructibus, statim succreverant.

Cæterum pyra mediocris sunt magnitudinis, & figuram ovi æmulantur gallinacci, colore sub initium admodum viridi, post octiduum autem flavi, & ex una parte rubicundi. Carnem ista alunt dulcem & saporosam, non insuavem, gustumque præbent instar pyri grysci, (*poire gris*) ac tandem corticem fovent perquam tenuem, nec diu tamen durant; secundum proverbium: quod cito fit, cito perit. Per multis hæcce in his oris commorantibus narravi hortulanis, sed param aut nulla sibi ejusmodi nota esse exempla, responsi loco iterum accepi, quare istud, ceu memoratu utique dignum, referre hoc modo jam mihi placuit.

Interea tamen absurdum minime videtur, quædam arborum statuere genera, quæ rosarum instar menstruarum plus, quam una vice, suos uno anno ordinarie edant fructus, ut itaque exinde eo minus aliquid necessario sequi oporteat præternaturale, siquidem alibi locorum, præprimis in India orientali, quotannis fere idem accidit. Ita enim *Seyfried in Medull. mirabil. Natur. p. 665.* testatur de Angliæ: In der Provinz Dyfort sind zweyerley Geschlechter Birn-Bäume, die jährlich zweymahl Früchte tragen. Et de Pomerania refert: *p. 659:* Zu Pölitz in Pommern

mern stehet ein Apffelbaum, welcher wider die Art dergleichen Bäume jährlich zweymahl Früchte bringet. Cujusmodi arbores in America quoque reperiri affirmat *Dapperus Exotic. curios. p. 70. 71*: Die andere Art der Papajeubäume, so Mamoä genennet wird, wird nur allein in der Insel des heiligen Creuzes gesehen. Sie hat mehr Blätter, einen guten Geruch, und bekommt alle Monath neue Früchte, so der Frauen Brüsten nicht ungleich, und sehr wohl schmecken. ic. Die Kalabasse-Bäume bekommen alle Monden neue Blätter und Frucht. Die Früchte haben eine harte Rinde, eben, wie die Kürbiß, und werden zu Flaschen und Töpfen gebrauchet; & sunt, me judice, Cucurbitæ lageniteræ species.

Sic de nuce ex Hungaria aliud etiam extat exemplum in *Miscellan. Physico-Med. Mathemat. Ao. 1728. p. 1337*. his verbis: Die neuesten Briefe von Preßburg melden, daß in denen letzteren Tagen des Septembris in dasiger Vorstadt etliche Zweige auf einem Nußbaume gefunden worden, welche nicht nur ordentlich geblühet, sondern auch in der Mitte dieser Zweige junge Nußlein in der Größe einer Erbsen gehabt, welches um so viel mehr zu bewundern, indem diese Blüthen und Nußlein, so von Natur keine Kälte leiden können, zwischen

C 3

hän-

häufigen Reif, und bereits gefrorenen Eis, unver-  
 rückt ganz frisch geblieben sind. Et de Pyro in  
 horto Hohenlohe - Schillingfürstiano bis Anno  
 1728. & flores & fructus proferente, similiter hæc-  
 ce ibidem p. 943. nuntiantur: Es befindet sich im  
 allhiesigen Hoch-Gräflichen Hof-Garten unter an-  
 dern Zwerg-Obst auch ein Birn-Baum, welcher,  
 nachdem man im abgewichenen Monat September  
 die Früchte davon abgenommen, sogleich zum größ-  
 sten Vergnügen sowohl Hoch-Gr. gedachter Herr-  
 schaft, als auch anderer Personen, die dieses Na-  
 tur-Wunder-Werck mit angesehen, wieder ange-  
 fangen zu blühen und Früchte zu tragen, welche den  
 ganzen Winter hindurch, ohne daß der Baum in  
 einem Gewächshause gestanden, unter Frost und  
 Schnee immer fort gewachsen, und zu dergestaltiger  
 Perfection kommen, daß vor etlichen Tagen eine  
 ziemliche Quantität solche Birnen völlig reif, aus-  
 ser, daß diejenigen, so gegen die Sonne gehangen,  
 etwas vollkommener und schmackhafter gewesen, ha-  
 ben abgebrochen werden können, wie dann Se. Hoch-  
 Gr. Excell. als eine besondere Rarität von solcher  
 Frucht nach Augsburg verkehret haben; und weiln  
 dieser Baum bereits jezo wieder in voller Blüthe  
 stehet, so ist man der Hoffnung, es dürste selbi-  
 ger mit doppelter Fruchttragung ferner continuiren;  
 quibus



quibus tandem addi merentur, quæ non minus Berolino d. 19. Apr. de quibusdam malis eodem anno *ibid.* p. 1005. literis transcripta sunt: In eines hiesigen Bürgers Garten sind 2. Aepfel-Bäume befindlich, so im August vorigen Jahres, als die ersten Früchte bald reif waren, zum zweyten mahl ungemein voll geblühet, und eine ziemliche Menge kleine Aepfel angefetzt, wovon aber im November eine gute Quantität abfiel, die übrigen hingegen nahmen immer mehr und mehr zu, so daß am Weyhachten auf dem einen biß etliche 30. und an dem andern 21. Stück mehrentheils reif, der Grösse nach, wie mittelmäßige Borstorffer Aepfel, annoch gehangen, wovon man die besten abgebrochen, und denen Kindern zum Weyhacht-Geschencf gegeben, etliche derer kleinsten aber sitzen lassen, welche nach aller Möglichkeit biß in den Februarium gewachsen, und wie grosse Wall-Nüsse worden, den letztern Frost aber nicht aushalten können, sondern als halbgekocht zu Anfang des Martii abgefallen. Nunmehr stehen diese Bäume wieder ziemlich voller Blüthe, und wird man künftig genauer Achtung geben, wie sie sich wegen einer zweyten Frucht-Tragung verhalten werden. Ex dictis itaque apparet, hyemem a sapientissimo Creatore, ratione plantarum, inque illarum quietem, præcise non esse

esse ordinatam; earum enim vires, cæteris pari-  
 bus, dupliciter in anno fructibus sufficere ferendis,  
 non modo supra allegata, apud nos, sed & plura  
 e regionibus aliis calidioribus petita abunde satis  
 evincunt exempla, ac documenta, adeoque non  
 sine ratione quosdam ita omnino accusat *Opitzius*:

= = = = Wir leben in der Welt,  
 Und wissen nicht, was Gott mit ihr vor Ordnung hält.

Scribebam Greizæ,  
 Anno 1743.

I. G. B.



EPIST. IV.  
DE  
ARBORIBVS,  
DIVERSI GENERIS FRUCTVS IN VNO  
STIPITE OFFERENTIBVS.

*Dn. Brockes irrd. Vergn. P. IV.*

Wer ist, der nicht erstaunt, wann er mit Ernst bedencket,  
Daß die bewegende, die bildende Natur,  
Solch auserlesene, vollkommene Figur  
Ganz sonder Hand formirt; wie sie die Fäser lencket,  
So kunstreich, sonder Kunst, und ohne Regel recht.

Welch ein unsichtbarer Euclides stellt sich mir  
In diesem Wunderbau von solchen Bäumen für!  
Der nach so netter Maasß sein künstlich Werck bezirckt,  
Und der nach Linien, so nicht vorhanden, wirckt.

VIR EXCELLENTISSIME ATQVE  
DOCTISSIME,  
FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME!

Citri rariores omnino nonnunquam inveniuntur fructus. Hinc in *Ephemerid. Nat. Cur. A. 1673. Obs. 45. & 241.* mali Citricujusdam, duo alia includentis, seu prægnantis, fit mentio. Conf. *Kelneri Synops. Observat. Physic. & Medic. voc. Citrum.* Et *D. Joh. Dan. Major* peculiarem pariter *de Citro in Citro* nobis dedit *observationem.* Conf. *Boneti Medicin. septentr. collatit. p. 982 Joh. Bapt. vero Porta in Mag. nat. p. 158.* modum tradidit, *ut citrum humani corporis induat formam;* in specie autem *D. Jo. Phil. Burggravii Bedencken von dem Geschäfte der Erzeugung, insonderheit einer Frucht in der andern in dem dreyfachen Reiche der Natur 4t. Fr. 1737.*

Sed mirabiliora sane quædam monstrat arbor, quam in horto Greizenfi inferiori nuper offendi. Diversi generis nempe fructus in uno offert stipite. Producit enim folia, flores ac denique mala citrea & aurea, quanquam unum genus alteri interdum prævaleat. Imo quidam omnino fructus striatim, quod mirari magis oportet, mala referunt citrea & aurea, diversum ac debitum naturalem saporem, odorem ac colorem exhibentia. Id vero prorsus hic singulare est, quod & diversi generis producantur semina, & hoc modo diversis

D 2

pro.

progenerationis ista polleat viribus; quæ omnia ab inoculatione arborum citrei & aurantii, unde fructus oritur, inter geminas specie quasi medius, provenire docent *Acta Philosophica Anglic. p. 553. Edit. Anglic.* Quemadmodum enim animalia diversa coitu miscentur, sic etiam insitione, quæ coitus in Plantis analogice dici potest, varii in unum fructus componuntur. Hinc non sine ratione *Columella* omne genus furculi variis gaudere adulteriis autumavit. Et supra dictus *Job. Bapt. Porta* eodem modo portentosum producit malum, quod sua admirabilitate oculos & animum oppleat, Scilicet, ut Citrium intus limonem habeat. Idem idemque malum aureum effectum esse duplicatum refert *Mag. Nat. p. 117.*, ubi & liberalissime promittit, malum aureum, ut pomum afferat, cujus dimidia pars sit dulcis, altera acris saporis.

Interea dubitare vix licet, ejusmodi fructus Veteribus pariter satis fuisse cognitos, cum in *Pontani hortis* inter alia & hoc occurrat: Ut citri arbor diversa poma ferat, diversorumque saporum. Versus ejus, animi gratia, huc afferam:

*Qui diversa quidem parva sed semine in una  
Condat, & educens collo brevioris stolonis,  
Subducaturque, arcetque manu, ac sub vincula cogat  
Crescentes, hi tandem uno se stipite miscent,  
Atque uno obducunt se cortice, neve flagella*

*Dilabi*

*Dilabi finito neu summa cacumina ventus  
 Divellat, cera linito, aut diducat adulta,  
 Unguine dum proprio corpus junguntur in unum,  
 Atque operit lentum sub eodem cortice gluten,  
 Postquam alta fletur radice in fossa, & opimum  
 Raptarit stirpes succum, mirabere poma  
 Plenaque grataque, non uno tamen una sapore.*

Ac idem quoque, citria quomodo diversos fructus  
 ferant, hunc in modum eleganter describit:

*Sunt qui diversos ramos, sed cortice raso  
 Conjungant, stringantque simul, quo glutine misto  
 Increpant aequae, ac fixo mox stipite junctos  
 Infringant pariter: tum vulnus rite coronent,  
 Et fallax opus admotatueantur ab arte,  
 Quo ramo ex uno, atque uno de palmite fructus  
 Non uni veniant, sit honosque & gloria ruri  
 Gaudeat insolito natura adjuta favore.*

Nec aberrare ab hoc etiam *Anatoli* & *Diophanis*  
*Citromalum*, ex malo & citro compositum videtur, cu-  
 jus jam dictus pariter meminit *Joh. Bapt. Portal.* c. p. 119.

Hic vero id silentio adhuc praeterire nefas est, saepius  
 memoratam arborem, praeter adductos & alios non-  
 nunquam ferre fructus non minus rariores, citra nempe,  
 quae figuram manus imitantur compressae. Et horum ali-  
 qui nitide etiam in *Miscell. Nat. Cur.* Dec. 1. Obs. 3. exhi-  
 bentur. Probabilis autem hujus figurae haec videtur esse

causa: Cum nimirum fructus iste ex citro & malo aurantio sit compositus, ab initio statim rutæ æmulatur nodum, malum intus inclusum tenentem. Hinc, si casu forsan contigerit, ut superiores ejus partes paululum aperiantur, malum vi quadam interna nonnunquam profilire cogitur, quo facto deinceps id, quod restat, figuram quinque digitorum aliquantisper inclinatum refert, & progressu temporis ulteriori accedente incremento majorem nanciscitur similitudinem. Elegantissimas figuras hujus citri, marum humanam exhibentis, evolve in Paul. Boccone iconibus & descript. rariorum plantarum Siciliae, Melitæ &c. 4t. Oxon. 1674.

Referri huc quoque meretur Germinatio in germine, quam nuper, cum per Voigtlandiam iter facerem, forte fortuna in pago quodam offendi. Arboris nempe cujusdam speciem, quam vulgo Vogel-Beer nominant, in salice ibi & natam & adultam inveni, una cum baccis maturis, colore elegantissimo rubicundo superbientibus, quod oculis perpulchrum omnino præbebat spectaculum.

Mirabar id primo statim intuitu, non nescius, diversum requirere succum eas, quæ in aliis proveniunt & germinant, arbores & plantas. Ast subito in mentem mihi quoque venit, diversum fibrarum situm, tubulorumque differentiam unicam diversæ hujus nutritionis & vegetationis esse causam. Hinc ergo facile omnino potuit eve-

eve-



evenire, ut femina casu vento vel ab avibus eo delata, levi terra adpersa accedente pluvia germinare cœperint, ac radices ex semine baccarum protruserint, quæ postmodum ex succo utriusque arboris transeunte nutrimentum hauserint & incrementum, quod latius utique deducitur *Vol. II. Actor. Phys. Med. N. C. Observ. LXXII.*

Pulchre etiam cum hisce conveniunt, quæ *Dn. de Carlowitz in Sylvic. Oecon. p. 314.* de ejusmodi arbore hisce tradit verbis: Man siehet zum östern, wenn dergleichen Saamen von Vogelbeeren in die alten hohlen Weiden gefallen, er darinne wurzelt, und aus derselben heraus wächst, auch seine Wurzel durch die alte Weide bis in die Erde hinein treibet; deßgleichen findet sich, daß sie in alten Mauern und Ruinen aufwachsen. Sic quoque *Seyfried* pariter refert in *Medull Mirabil. Natur. p. 688:* In Brasilien siehet man sehr hohe und dicke Bäume, und begiebet es sich nicht selten, daß auf denen größten und stärksten Nesten dieser Bäume andere fruchttragende Bäume aufwachsen, und zu ziemlicher Größe gelangen, welches, wie zu erachten, daher komt, daß die Vögel die Körner von denen verschluckten Früchten, zusamt ihrem Mist auf solche Neste abwerfen, die hernacher beleben und aufschießen.

Cæterum haud multum ab hacce observatione differt citata ista *loc. alleg. Dn. D. Berneri*, qua Sambucum  
fistit

sistit in ceraso nec non Ribium fruticem & Solanum vulgare in salice. Imo omnes Visci, quorum D. Kämpferus in amœnitatibus exotico-Perficis T. V. per plures, in terris Europæis plane ignotos adhuc, recenset & iconibus illustravit, vidit, sunt plantæ parasiticæ, nunquam non in aliis arboribus nascentes. Recordor etiam, alibi culmos frumenti una cum spicis pariter me vidisse in salice. Ac de Polypodio in corylo crescente, in quercu, in pomo, aliisque arboribus, res quoque nota satis est, ut & de musco ramis arborum adhærente, de plantis & musco in lapidibus crescentibus, ex quorum poris, angustis licet, succum alibilem hauriunt. Ex quibus omnibus clare satis apparet, quam egregia & artificiosa Creatoris summi opera sint Plantæ, ex quarum singulari prorsus, adque vitam prope accedente structura maxima. Ejus Sapientia atque Potentia non solum manifeste, imo luce clarius elucescit, sed &, ratione discriminis ac multifariæ earum variationis, in infinitum se extendit, hincque immensitatis Dei optime perfectissimam exhibent imaginem, unde Poëta ille felicissimus non perperam istam intendit vocem;

*Præsentemque refert qualibet herba Deum.*

Scribebam Greizæ ex Museo, Anno 1743.

I. G. B.

EPIST. V.  
DE  
FRUMENTI SPICIS  
PROLIFERIS,  
SEV  
MULTOTIES AVCTIS ET  
MULTPLICATIS,  
ALIISQVE  
PLANTIS MONSTROSIS.

*Alexand. Rossæus in Virgil. Evangelis.  
Lib. 11. p. 35.*

- - - - - tunc cernit in agro  
Culmum, qui septem gravidis procumbit  
aristis  
Mox alium; hic septem spicas produxit  
inanes.

VIR EXCELLENTISSIME ATQVE  
DOCTISSIME,  
FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME!

**E**xperientia sæpe confirmatum est, hiems fuerit licet admodum rigida, fecundissimum tamen ob copiosas forte pluvias nivosas, æreo sale imprægnatas, nonnunquam sese præstitisse autumnum, unde uberem deinde anni subsequenti terræ frugum messem animo omnes sæpe decantarunt læto. Imo plurimis tunc temporis sponte contigit in locis, quod sagaces Naturæ artificio alias producere tentarunt scrutatores. Plures nempe frumenti non modo reperiebantur scapi, ex multis ad unam radicem unitis constantes culmis, quales heic loci sæpius numero 30 50. & 60. videre licuit, quod quidem eo facilius evenire potuit, quando unum vel duo folia radici viciniora, nodos, quibus invicem junguntur, in terra forsan, vel prope eam habuerint, ex his enim novi statim exsurgunt culmi, qui radices utique, & ex suis nodis alios iterum producant culmos. Vid. illustr. Dn. *Wolffi* Entdeckung der wahren Ursache von der Vermehr. des Getreides. Sed non defuerunt etiam hinc illic spicæ multoties auctæ & multiplicatæ, quorum Catalogus quidam passim in *Actis* exhibetur *Natura Curiosorum*. Cont. etiam *Paulini* Zeitfürkende erbauliche Lust.

Liceat vero hisce sequentia ex *Voigtlandia* depromta nunc addere exempla. Sic paulo ante belli tricennalis,

Germaniæ admodum funesti, finem, prope Lobenstei-  
 nium frumenti quidam conspiciebatur culmus, quin-  
 que spicis præditus; Et huic non absimilis quoque eo-  
 dem loco, in agro nimirum Consulis, A. 1694. exfurge-  
 bat Planta, quæ in hortum deinceps transplantata, sex  
 adhuc novas proferebat spicas, quas quinque septima-  
 narum intervallo duæ adhuc excipiebant, & die tandem  
 8. Jul. binæ item ex medio nodo spissioris culmi sese of-  
 ferebant spicæ, uti hæc prolixius narrat *Melissantes im*  
*gelehrten Historico p. 328.* Anno autem 1739. pariter ex a-  
 gro quodam vici Zschirma frumenti quidam oblatus  
 mihi est culmus, præter spicam primariam is, adhuc a-  
 liis donatus minoribus; subsequente autem anno Krafts-  
 dorffii prope Geram, visus est alius 3. quidem spicis sal-  
 tem præditus in quo autem per negligentiam quædam  
 insuper erant detrusæ; hicque istud imprimis singulare  
 prorsus mihi videbatur, quod culmus admodum tor-  
 natus atque fissus, ac spicæ forsan per impedimentum a-  
 liquod a nodi latere prodierint inferiori, cum tamen  
 alias ordinariæ culmi pars supra nodum soleat ascendere.

Ast longe superat hæc exempla culmus, qui hie-  
 me præcedente fera Ao. 1741. in campis ad vicum Ho-  
 henölsen spectantibus, messe jam dum finita, e grano,  
 forte fortuna deperdito, est prognatus. Floruit is jam  
 dum mense Octobris, multosque ad se traxit spectatores  
 admiratoresque, posthac vero licet contra aëris injurias  
 fatis

fatis fuerit munitus, nescio quo casu tandem amputatus est. Longitudo culmi  $2\frac{1}{4}$  & spica primaria  $\frac{1}{4}$  æquabant ulnæ, quibus adhuc 17. spicæ secundariæ una cum 3. culmis minoribus sese junxerant. Crassities vero culmi infra circumferentiam referebat digiti. Imo, eodem pariter anno, Geilsdorfii prope Plaviam culmum 14. spicis auctum adhuc crevisse, novellæ certiores præterea nos fecerunt publicæ.

Cæterum non defuere nonnulli, qui varia statim & bona & mala exinde sibi fingerent omnia præfagia. Ast alia longe animo mihi sedet sententia, nec a priori nempe nec a posteriori certi quicquam inde concludi posse, donec nimirum liquido aliquis probaverit, Deum per res naturales, juxta ordinarias Naturæ leges contingentes, futura quædam fausta vel infasta revelare nobis voluisse. Id vero ex sacris nunquam probabitur paginis, quippe in quibus istud potius edocemur: *Probis atque piis, quicquid calcaverint, rosa fiet.*

Etenim sæpius omnino in regno accidit vegetabili, ut constante ac durante tempestate humida, frumenti quidam calmus 2. vel 3. producat spicas, aut, quod adhuc crebrius observatum est, ut spica quædam nonnunquam aliquot germina, diversæ figuræ, numeri, situs ac proportionis protrudat secundaria, ita ut eorum interdum 4. 16. 36. ac 40. juxta se fuerint posita, cujusmodi quidem exempla per experientiam perplura habemus.

Ast simul etiam constat, spicas ejusmodi ramosas pauca, imo nulla, vel saltem imperfecta protulisse grana, quoniam ex calicibus spicae primariae ramuli isti progerminarunt, hincque tardius semper ac plerumque post messem tandem floruerunt. Cum autem per ordinem istum praeternaturalem finis ordinarius, foecunditas nempe cesset, nil aliud inde sane sequitur, quam monstra haec esse, a tempestate imprimis humida orta, cujusmodi in aliis etiam non modo plantis sed & animalibus eorumque partibus praeter naturam auctis & multiplicatis saepius offendimus, ubi una pariter alterius actiones debitas vel impedit, vel corrumpit & destruit, vel plane tollit. Quare etiam non est, cur spicas ejusmodi proliferas habeamus pro miraculosis, vel signis peculiaris cujusdam benedictionis, licet ab imperitis & causae istius rei ignaris pro talibus venditentur, siquidem plerumque, ut supra dictum, nulli vel saltem pauci inde sperandi sunt fructus.

Liceat ergo illustrationis gratia & alia ejusmodi fructuum, ab ordinaria alias qualitate aberrantium, monstra, in hunc referre numerum. Cum enim Plantis in sano sensu anima, quaedam, Botanicis ac philotophis vegetabilis dicta, denegari haud queat, secundum ideas specificae sibi impressas agens, quemadmodum diversa ista Plantarum genera, etsi unico saltem constent principio, clare satis ostendunt; hinc in iis etiam eodem ac in animalibus modo, abortuum nonnunquam accidere productiones,  
pa-



pariter in aprico erit positum. Sic Ao. 1631. in vicinia urbis Geræ nata est Planta, ubi in glandibus viridis apparebat galea; in aliis vero figuram referebat coronæ imo pileum aut mitram mentiebatur Finlandicam, prout forsan spectatores diversis imaginatio- nis pollebant viribus. Vid. *Zopf Geraische Chron. P. II.* Ao. vero 1736. Schleizæ in herbæ cauli folium vidi, ex cuius extremitate manus prominebat compressa, omnes digitos & figura & colore monstrans naturali.

Memini etiam, in pago quodam Voigtlandiæ, cui Steinbrücken nomen est, pira quædam Anno 1719. me vidisse prolifera, quæ ex tribus piris ad debitam figuram nondum perductis, ac foliis hinc inde interjectis, erant composita. Idem paucos ante & Burgi accidit annos cum carduo quintuplici, caulem nempe præter naturam crassam, ac quinque calyculos arcte invicem sibi adhærentes exhibente. Imo Greizæ Anno 1740. in horto quodam herba crevit, cuius caulis admodum spissior novem erat præditus capitibus sive calyculis, qui peculiaribus suis adhuc caulibus gaudebant secundariis. Ac nullum omnino est dubium, ex abundantia succi nutritii, aut impedimento motus ordinarii, quo alias caulis formari solet, summitates istas luxuriantes fuisse ortas, quibus tempestas forte aliquantum calida sua quoque dedit adminicula.

Quodsi vero principium istud in Plantis agens, nulla in operationibus suis sentiat obstacula, grandiores utique ac locupletiores nascentur fructus, imprimis, quando solum nitrosis scatet particulis, quæ vegetationi admodum conducunt. Eidemque causæ attribuendum etiam viderur, quod in nonnullis climatibus fruges nonnullæ ad majorem perfectionis pertingunt gradum, ac in illis quidem fieri solet, quæ multo magis versus meridiem sita sunt. Hinc non raro Greizæ quædam insignis magnitudinis mala conspiciebantur persica, 15, aut 16, semiuncias ponderantia, ac Melones 12, aut 14. libras

libras exæquantes. Imo Köstritii cucurbitæ plus unavice II3. librarum repertæ sunt. Burgi vero rapæ dabantur Anno 1742. librarum, & poma cydonia Anno 1683. quorum diameter ulnæ Lipsiensis quartam referebat partem. Iudicet igitur aliquis, num tam sterile ac horridum heic loci sit clima, uti a plerisque describi non raro solet. Dicerem potius, permulta adhuc tam in hortis quam in agris & hic tentari posse, si modo debita non deficeret cultura atque industria. Sequamur ergo prudentissimum beati *Dn. de Robr* monitum, p. 142. **in der Haushaltungs-Bibliothec** ita scribentis: Es ist gewiß, daß der Fleiß dasjenige kan nachahmen und allemahl nachmachen, was die Natur manchmahl thut. Man dürste dabey dieselbe nur untersuchen, und ihr auß genaueste nachfolgen, wenn sie sich erlustiget, so artige Sachen hervor zu bringen. Sie möchte sich immerhin verbergen, wo sie wolte, man würde sie dennoch wohl entdecken können, wenn man nur gnugsame Sorge und Wachsamkeit dabey hätte. Und, wenn man einmahl hinter dasjenige gekommen, was sie in solche Munterkeit und Lustigkeit bringen können, so dürste man sie nur in eben die disposition und auf eben diese Wege leiten, alsdenn würden unsere Bemühungen reichlich belohnet werden.

Scribebam Greizæ,  
Anno 1743.

I. G. B.



EPIST. VI.  
DE  
ALOE AMERICANA  
MAIORI,  
ALIISQUE  
PLANTIS EXOTICIS  
IN  
VOIGTLANDIA FLORENTIBVS.

Beschreibung der *American. Aloe* zu  
Ober-Greiz.

Du wunderbar's Gewächs, im ganzen Blumen-Reich  
Ist nichts das deinem Gold und stolzen Schmucke  
gleich.

Die Hoheit, die du hast, ist groß und ungemein,  
Wie groß, wie schön mag nicht dein grosser Schöpfer  
seyn?

Es hat sich seine Macht durch alles durchgedrungen,  
Und ohne Zahl und Maß hinauf, hinab geschwungen.

VIR EXCELLENTISSIME ATQUE  
DOCTISSIME,  
FAVOR ET AMICE ÆSTIMATISSIME!

**V**oigtlandia equidem, teste *Dn. a Waldenfels in Monum. histor. de Voigtlandis Nariscis p. 258.*  
„ Provincia per se est horrida, aspera, rigosa,  
„ gelida, montosa & sylvosa, nihilo minus ta-  
„ men populosa atque industria & mirifico incolarum la-  
„ bore frugifera reddita, eleganter culta temperatoque  
„ & salutari aëre prædita. „ Hinc etiam non est quod  
miremur, varii generis eam Plantis superbire exoticis,  
quas inter splendidissima ejus decora & ornamenta meri-  
to referas. Ut enim arbores taceam pomiferas, ex Gal-  
lia ante annos circiter 50. primum apud nos plantatas,  
citrosque & malos aureas, ex Italia & Hispania abundan-  
ter nimis huc allatas, in hortis etiam non minus alias  
sæpissime plantas Indicas florentes ac fructus partim fe-  
rentes habemus rariores, ante hac nunquam apud nos  
visas.

Sic Geræ Anno 1739. intra 4. annorum spatium  
Pisang, seu Musa Pala Banana floruit, cujus altitudo 14.  
æquabat pedes, crassities vero eorum duos. Cereos au-  
tem serpentes Americanos majores ibidem plus una vice,  
Annis nimirum 1738. & 1739. noctu florem admodum  
amplum, ac dum expansus erat, stupendæ pulchritudi-  
nis, odoreque suavissimo narcotico tamen superantes  
omnes alios, cum admiratione protulisse, ex novellis pu-  
blicis pariter accepimus. Ananas etiam in horto Grei-  
zensi diversis annis fructus produxit maturos, magnitu-  
di-

dinem Melonis habentes minoris, odoris gratissimi ac saporis instar fragorum delicatissimi, quibus abscissis coma, seu crista superior, decerpebatur foliosa, quæ sine radice deinde terræ commissa, & radices statim egit, & anno quoque sequente novos dedit fructus.

Conspicere ibidem non minus licuit arborem Caffée flore adoratissimo ac fructu molli cerasi formi, nucleo duro, cujus potius jam ante 200. annos apud Turcas fuit frequens, nec non Gossypium arboreum, tam rarum istud Naturæ donum, in Asia, Africa & America alias deprehensum, Vid. *Dapperi Africa descript.* p. 1666. ut & Cucumeres Indicos una cum herba Maslac & Thea Chinensi, floribusque Narcissis Indicis, & Iride ovaria eximiæ pulchritudinis, quibus adhuc jungere licet plantam Totta Vaddi in Malabaria apud nos vero sensitivam & castam dictam, siquidem ad tactum folia ejus statim contrahuntur. Imo transeo perplura adhuc plantarum peregrinarum genera in solo nostro lætissime nonnunquam propagata, quarum frequentia deinde non parum admirationem minuit. Id unicum saltem jam addere licet, Weidæ *Johannem Georgium I. Saxonie Electorem* aliquando apud civem quendam Thomam, celeberrimorum istorum Thomasiarum Parentem, prandium sibi parari jussisse. Cumque ibidem in hypocausto vites ac Solanum scandens, vulgo *Je länger je lieber* dictum, foris per murum ascendentes, intus supra mensam animadvertisset cohærentes, acinosque & flores propinantes, summa cum admiratione exclamasse: *Ich bin ein Churfürst zu Sachsen, und habe das nicht, was mein Bürger zu Wenda hat.* Vid. *Franckii descript. urb. Weid. MSt.* Sed

Sed nunc in viam e diverticulo redeo, inque mentem statim revoco Aloën Americanam majorem, totius nempe Provinciæ nostræ Coronam ac decus, Hortique Greizensis superioris compluribus exoticis stirpibus instructi ornamentum singulare. Cum enim in omni vastissimo plantarum genere nulla hæctenus observata sit species, quæ post longoiorem moram tam subito ac cito protruderet, tamque brevi temporis intervallo amplissimum perficeret caulem, in tot prolixos abeuntem ramos, ac tot millia sustinentes florum, Voigtlandiæ nostræ inde sane aliqua debetur laus, honor & gloria, dum Anno 1742. post reditum *Celsissimi Comitis ac Domini Dn. Henrici XI.* in Ober-Greiz ex itineribus. Naturæ istud contemplandum primo nobis in signum florentissimi futuri Ejus regiminis datum erat miraculum, ad quod videndum ingens sane, non modo ex vicinia, sed & e longinquo factus est concursus. Etenim

*Non semper violæ non semper lilia florent,  
Flos Aloes fato subjacet ipse pari.*

Die autem 1. Jul. Anno 1742. caulis noctu cum leni fragore foliorum percurrere cuspides, ac parturiens veluti primos edere gemitus cœpit, unde spem omnino concipere licebat, fore, ut brevi temporis spatio egregios atque amœnissimos produceret flores. Ætas ejus tunc 28. erat annorum, foliisque gaudebat plus quam centum, quæ circumferentiam  $26\frac{1}{2}$  ulnarum æquabant Lipsiensium. Die vero 20. Jun. altitudo caulis 6. constituebat ulnas, & crassities  $1\frac{1}{4}$  uln. quam in libro aëre, absque ullo artis adminiculo, cura Tobiaë Gebhardi, hortulani aulici, erat adepta, siquidem is eam quasi in tutelam sibi traditam ma-

tris instar fidissimæ a teneris diligentissime observavit annis; hincque d. 6. Novembris tandem rami inferiores, obstetricante Ejus accedente opera, suos tanquam foetus dabant flores, licet tempestatas per totam æstatem admodum humida fuerit atque frigida,

Folia tunc temporis spatium 30. occupabant ulnarum, longitudo vero caulis ad 30. sese extendebat pedes, & 84. ramis, foliis hinc inde ornatis brevioribus ac infummitate coronam, ceu regium inter plantas ipsi debitum diadema, repræsentantibus, erat stipata. Inque his numerosissimus in cunis quasi conspiciebatur proles, 14264. scilicet flores auro fulgentes radiante, ex quibus liquor stillabat gummosus dulciter amarus, cujus flos quilibet 30. circiter continebat guttas, hicque ab Indis loco mellis ad conficiendam adhiberi solet intritam. Vid. *Philosophical Transactions for the Months of January, Febr. and March. 1732. n. III.* Floruit autem inde cum ista foecunditatis ubertate a d. 6. Nov. usque ad Verem anni sequentis per integros sex menses, quo tempore capsulas femine plenas produxisse visa fuit, qualis florum diuturnitas & A. 1734. in Viridario pariter observata est Servestano. Vid. *Commerc. liter. Norimb. A. 1734. p. 25.* Cumque hæc ipsa in isto vegetabilium genere nunquam ante animadversa sit, ita vel imprimis digna judicatur, de qua gravissimi Naturæ scrutatores, rei que hortensis certiores fiant amatores. De foecunditate vero feminis nihil certi olim erat pronuntiatum, nisi quod hortulani non alium propagandi cognoverint modum, quam per stolonem sive sobolem, pone radices pululantem, avulsam, & in idoneum solum translata, donec tandem A. 1730. Francofurti ad Mœnum prima Aloës foecunditas

cun-



cunda consecuta fuerit satio, quod rei antea nunquam observatae novum idcirco oculis curiosis præbuit specimen, hincque eandem per suum semen propagationem pari virtute & apud nos futuram, non sine ratione suspicari fas est. Vid. *Act. Societ. Nat. Cur. T. II. p. 408.*

Cæterum tota ista arbor quoad longitudinem ac proceritatem pinastro perquam est similis & externe per integrum viriditate imbuta est marina ab inferioribus procul dubio foliis perquam pinguibus ac in modicam latitudinem se fundentibus contracta. Iacent autem hæc infra arcuatim radici impendentia, & in extremitatibus in spinulas retusas desinunt, ut ita videantur in custodiam quasi arboris gyrum formare hastis atque veruculis munitum, prætereaque filis constant admodum ductilibus atque levioribus, nec ad texendum ineptis, & æque ut rami tanti utique sunt roboris, ut pondere Viri ibidem consistentis erecti, minime confringantur. Alias vero de usu eorum *Nard. Ant.* testatur *Rechus lib. 8. cap. 12. p. 270.* his verbis: „ Innumeri pene sunt usus, „ qui ab Aloe desumuntur. Tota enim illa lignorum sepiendorumque agrorum usum præstat, caules tignorum, „ folia vero tecta tegendi, imbricum, lancium, Papyri, filique, ex quo calcei, lintea & alia vestium genera, quæ apud „ nos lino, cannabe, gossipio, aliisque hujusmodi parari solent. „ Herba autem vermibus resistit, & putredini ac visui utilis esse dicitur. Cumque amarissimi sit succi, inde apud *Plautum* alicubi legitur: *Vitam hominis plus Aloes, quam mellis habere.*

Flores ejusdem fere figuræ ac formæ sunt, ut lilia, odorem spirantes subdulcem, atque 6. constant foliis, quæ singula ab aliis sunt fissa, aquilo & flavo colore paulatim infecta, ac superius acuminata, inque caliculum coeunt 6. sulcis instru-

structum. Inde 6. pariter prodeunt baculi virides ac rotundi, in cochleæ formam superius tornati, & foliis inferius firmiter cohærentes, ex quorum cuspidibus calathi longitudine surgunt digiti, super folia farinam spargentes flavam. Et ex hisce denique baculis in medio calicis succrescit pilum cum nodo rotundo. Dum autem folia marcescunt ac decidunt, filiquæ prodeunt sementantes, quæ coctæ saporem reddunt asparagi. Tentavimus etiam sacharo eas condire, atque tragematum loco mensis apponere, quæ omnia uberius longe exponuntur in der Beschreibung der Americanischen Aloe zu Ober-Greiz, quam Schleizæ typis nuper vidimus prodeuntem.

Quæ vero fæcundissime hætenus parturivit planta, floribusque lætissime nituit, pallido nunc folio moriens languescit, ut omnia, quæ subito casu cum valere, ruunt, nec tamen ut aliæ plantæ caput ista demittit marcidum, sed cacumine potius, viribus licet destituta, cœlum versus sese dirigit. Devotissimas igitur hæcce considerans inde concepit cogitationes *Dn. Brockes im irrd. Vergnügen P. III. p. 401.* ita canens:

Kaum sah ich dies, so dacht ich, liebste Blume;  
 Du blühetest nicht nur zu deines Schöpfers Ruhme,  
 Du blühetest auch nicht für mich vergebens;  
 Du solt am Ende meines Lebens  
 Mit Gottes Hülfe mir selbst in der Todes-Wein  
 Auch ein belehrend Lehrbild seyn;  
 Ich wil mich dann, wie du, bestreben,  
 Mich von der Erde zu erheben,  
 Und sonder mehr an das, was irrdisch zu gedencen,  
 Mich von der Welt empor und Himmelwerts zu lencken.

Scribebam Greizæ.

Anno 1743.

I. G. B.

23 Aug. 1986

Botan. 858

